Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Epistola Iude

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

Plura habens vobis scribere nolui per cartam et
atramentum. Spero enim futurum me ad vos
et os ad os loqui ut gaudium vestrum sit
plenum. Salutant te filii electe sororis
tue. gratia tecum. Amen. Explicit Secunda
Incipit Tercia
Senior gaio caris
simo. quem ego di
ligo in veritate.
Karissime de omnibus
orationem facio prospe
re ingredi et vale
re sicut prospere agit anima tua. Gavisus sum
valde venientibus fratribus et testimonium per
hibentibus veritati tue. sicut tu in veritate
ambulas. Maiorem horum non habeo gratiam
quam ut audiam filios meos in veritate am
bulare. Karissime fideliter facis quicquid operaris
in fratres. et hoc in peregrinos qui testimonium
reddiderunt caritati tue in conspectu ecclesie quos bene
faciens deduces digne deo. Pro nomine enim eius
profecti sunt nichil accipientes a gentilibus.
Nos ergo debemus suscipere huiusmodi ut coo
peratores simus veritatis. Scripsissem forsitan
ecclesie. sed is qui amat primatum gerere
in eis diotrepes non recipit nos. Propter hoc si ve
nero commoneam eius opera que facit verbis
malignis garriens in nos. Et quasi non ei suf ista
ficiant. nec ipse suscipit fratres. et eos qui
suscipiunt prohibet. et de ecclesia eicit. Karissime
noli imitari malum sed quod bonum est. Qui be
nefacit ex deo est. qui malefacit non videt
deum. Demetrio testimonium redditur ab
omnibus. et ab ipsa veritate. Et nos testi
monium perhibemus et nosti quoniam testimonium
nostrum verum est. Multa habui scribere tibi. sed no
lui per atramentum et calamum scribere tibi.
Spero autem protinus te videre et os ad os loque
mur. Pax tibi. Salutant te amici. Salu
ta tu amicos nominatim. Explicit epistola iohannis
iii. Incipit epistola Iude.
Iudas ihesu xristi servus. frater autem iacobi. his
qui in deo patre dilectis. et ihesu xpisto conser
vatis. misericordia vobis et pax et caritas adim
pleatur. Karissimi omnem sollicitudinem faci
ens scribendi vobis de communi vestra salute
necesse habui scribere vobis. deprecans super
certari semel tradite sanctis fidei. Subintro
ierunt enim quidam homines qui olim pro
scripti sunt in hoc iudicium impii dei nostri
gratiam transferentes in luxuriam. et solum
dominatorem et dominum nostrum ihesum xpistum nega
tes. Commonere autem vos volo. scientes semel
omnia quoniam ihesus populum de terra egypti salvans.
secundo eos qui non crediderunt perdidit. angelos
vero qui non servaverunt suum principatum.
sed dereliquerunt suum domicilium in iudicium
diei magni vinculis eternis sub caligine re
servavit. Sicut sodoma et gomorra et fini
time civitates. simili modo exfornicate et
abeuntes post carnem alteram. facte sunt exemplum
ignis eterni penam sustinentes. Similiter et
hii carnem quidem maculant. dominationem autem
spernunt. maiestatem autem blasphemant. Cum
michahel archangelus cum dyabolo disputans
altercaretur de moysi corpore. non est ausus iu
dicium inferre blasphemie. sed dixit imperet
tibi deus. Hii autem quecumque quidem ignorant blas
phemant. quecumque autem naturaliter tamquam
muta animalia noverunt. in his corrumpuntur.
Ve illis qui via cayn abierunt II
et errore balaam mercede effusi sunt
et in contradictione chore perierunt. Hii sunt in
epulis suis macule convivantes. sine timore
semetipsos pascentes. nubes sine aqua que a ven
tis circumferuntur. arbores autumpnales.
infructuose bis mortue. eradicate. fluctus
feri maris. despumantes suas confusiones.

sydera errantia· quibus procella tenebrarum con-
servata est in eternum. Prophetavit autem de his
septimus ab adam enoch dicens. Ecce ve-
nit dominus in sanctis milibus suis· facere iudicium
contra omnes et arguere omnes impios de
omnibus operibus impietatis eorum· quibus im-
pie egerunt· et de omnibus duris que locuti sunt
contra eum peccatores impii. Hii sunt murmurato-
res querulosi secundum desideria sua ambulantes.
et os illorum loquitur superbiam· mirantes per-
sonas questus causa. Vos autem karissimi memo-
res estote verborum que predicta sunt ab
apostolis domini nostri ihesu christi· qui dicebant vo-
bis in novissimo tempore venient illusores
secundum desideria sua ambulantes in impieta-
te. Hii sunt qui segregant semetipsos ani-
males· spiritum non habentes. Vos autem karissimi super-
edificantes vosmetipsos· sanctissime vestre fidei·
in spiritu sancto orantes vosmetipsos in dilectione
dei servate· expectantes misericordiam domini nostri
ihesu christi in vitam eternam. Et hos quidem
arguite iudicatos· illos vero salvate de
igne rapientes. Aliis autem miseremini in
timore· odientes eam que carnalis est
maculatam tunicam. Ei autem qui potens est
vos conservare sine peccato· et constituere ante conspectum
glorie sue immaculatos in exultatione in adven-
tu domini nostri ihesu christi· soli deo salvatori nostro
per ihesum christum dominum nostrum gloria et magnificentia· im-
perium et potestas ante omnia secula· et nunc et
in omnia secula. Amen. Incipit prologus in apoca-
Iohannes apostolus et evangelista. lipsim.
a christo electus· atque dilectus in tanto
amore dilectionis ab eo est habitus· ut in
cena super pectus eius recumberet· et ad crucem
astanti soli matrem propriam commendasset.
ut quem nuptiis volentem nubere ad ample-
xum virginitatis asciverat· ipsi etiam cu-
stodiendam virginem tradidisset. Hic itaque cum
propter verbum dei et testimonium ihesu christi in exilio
in pathmos insulam mittitur· illic ab
eodem apocalipsis ostensa describitur·
ut sicut in principio canonis id est libri ge-
neseos incorruptibile principium pre-
notatur ita et incorruptibilis finis per virgi-
nem in apocalypsi redderetur dicentis.
ego sum a et ω· initium et finis. Hic est
iohannes qui sciens supervenisse diem
egressionis e corpore· convocatis in epheso di-
scipulis descendit in defossum sepulture
sue locum· oratione quia completa reddidit spiri-
tum a dolore mortis tam factus extraneus quam a
corruptione carnis noscitur alienus. Cuius
tamen scripture dispositio vel libri ordina-
tio· ideo a nobis per singula non exponitur· ut
nescientibus inquirendi desiderium collo-
cetur· et querentibus laboris fructus· et deo
magisterii doctrina servetur. Item

Apocalipsis iohannis prologus.
tot habet sacramenta quot verba.
Parum dictum est et pro merito
voluminis laus omnis inferior est·
in verbis singulis multiplices latent in-
telligentie. Incipit liber Apocalypsim.

Apocalipsis ihesu
christi quam
dedit illi
deus palam
facere servis
suis que
oportet fieri
cito· et signi-
ficavit mittens per angelum suum servo
suo iohanni qui testimonium perhibuit ver-
bo dei· et testimonium ihesu christi quecumque vidit.
Beatus qui legit et qui audit verba prophe-
tie· et servat ea que in ea scripta sunt.